 aiati vita sensitua et differentia rōnali. vñ humani  
 tas est tertia qdītās ex istis resultans nō addita.  
 Cū utrum in animato sint plures quiditates distin  
 cte uel vna tñ.  
 Quidius autē habet dubitationē an magis  
 a dicantur proprie esse in animato plures for  
 malitates distincte. an vna nō tñ dimoda vni  
 tate. ferē q non debent dici formalitates distincte  
 in actu propter oppositā indiuisionē actualē. qz actu  
 alis distinctio tollitur per actualē indiuisionē. Exem  
 plū. uolo tibi ponere ut plane itelligas de albedine  
 separata a for. per possibile uel impossibile que fundat  
 mltas distinctiōes actuales ad for. tot supple quot  
 sunt ex natura rei. fundamēta. s. quiditates et posit  
 ua nō eadē. nā in tali albedine separata est realitas  
 albedinis. et hecheitas et quiditas albedis. et coloris  
 et q̄litate. et silr in for. est realitas for. humanitas.  
 aialitas et. Inter ergo realitatē for. et albedis est di  
 uisio realis cū habeat realitatē et realitatem pro fun  
 damēto et termino. Similiter inter hecheitatem et  
 hecheitatē est diuisio numeralis. et iter qdītate hoīs  
 in for. et qdītate albedinis est diuisio specifica. et sic  
 semp ascēdēdo. S; cū albedo vnif for. qz realitas  
 albedinis vnif realitati for. tūc tollitur diuisio real  
 ppter indiuisionē realē sibi oppositā. Similiter he  
 cheitas vnif hecheitati et tollit diuisio numeralis  
 ppter indiuisionē sibi oppositā. et cuz qdītās vnitur  
 quiditati tollit diuisio specifica ppter indiuisionem  
 sibi oppositā. s; si qdītās albedinis coloris et qualita  
 tis vnirent for. remanēt sine subo. qz sunt apta nata  
 inherere sicut rōnalitas. Ex hoc concludit q tollit  
 oīs diuisio actualis. et sunt vnū albedo et for. spē. et ge  
 nere vnū dico vnitate relativa. et per indiuisionem  
 actualē vni<sup>9</sup> ab altero. diuisio enī tollit per vnita  
 tez absolutā et per vnitatē relativā. Aliter tñ dicif q  
 albedo separata a for. uel ab vna pars p̄tinui ab alia  
 actualiter separata habet duplicē relationē ad for.  
 vnā extrinsecā aduenientē. s. diuisiōne separatio  
 nē actualē et talis diuisio uel separatio tollit actu  
 aliter per indiuisionem et vnionem vni<sup>9</sup> cum alio.  
 Aliam aut relationē habet intrinsecam aduenien  
 tem que orit positis extremis et talis uocat diuisio.  
 et illa nō tollitur per indiuisionem et vnionē. cuz illa  
 nō sit sibi opposita: sed tñ tollitur per idētitatē ab  
 solutam et illa semp manet manentibus extremis.  
 Cū si arguas q inter duos terminos nō apparet  
 q possint eē duo respect<sup>9</sup> eiusdē modi actu. Rñdēf  
 q forte uerū est ubi respectus sunt extrinseci adue  
 nientes possunt tamē esse simul duo respectus quo  
 rum vnus sit extrinsecus adueniens. et alius intrin  
 secus adueniens. et sic est in proposito de distinctio  
 ne et separatione et.  
 finis formalitatum Boneti.

**C** formalitates moderniores de mente clarissimi doctoris subtilis Scoti in florētissimo parisiensi gymnasio compilatae per excellentes sacre Theologie professorem magistrū Antonium directi puincie turo nie ordinis minorum feliciter Incipiunt.

### **I**rca formalita

tes doctoris subtilis scoti Querit utrū illa que distinguunt formaliter distinguantur realiter. Et arguit q̄ sic. Et accipio duas formalitates: et sint. a. et b. uel igitur a. et b. sūt aliquę res uel nulle res. Si sint aliquę res, igitur que formaliter distinguuntur realiter distinguuntur. Si sint nulle res, igitur erunt nihil. quod omnino nulla res est nihil est per beatum Augustinū de doctrina xpiana. Et etiā probatur ratio: quia res et ens conuertuntur, ut patet 4<sup>o</sup> metha. quare q̄ nulla res est nullus ens est. et sic erit nihil, igitur etc. **C** Preterea illa que distinguuntur ex natura rei sunt distincta realiter, patet de uirtute uocabuli. Nihil enim aliud uidetur esse distinctio ex natura rei q̄ distinctio realis, nec econtra, sed illa que distinguuntur formaliter distinguuntur ex natura rei igitur etc. probatio: quia distinctio per formalitates uel est extra actū intellectus uel nō, sed ex cōparatione intellectus, patet per omnes qui ponūt istas formalitates. Si secūdam uidelicet q̄ distinctio per formalitates sit opus per operationes intellectus tūc erit distinctio rationis quod est p̄tra formalitates. Si est extra actū intellectus igitur erit ex natura rei et per consequens realis, quod est p̄positum. **C** Preterea sicut se habet res subiecti ad formalitatem subiecti, ita se habet res proprie passionis ad formalitatem proprie passionis, ergo per locum a. transmutata, p̄portione. Sicut se habet res subiecti ad rem proprie passionis: ita formalitas subiecti ad formalitatem proprie passionis: s̄ res subiecti est eadē cū re proprie passionis ut patet per te: qui dicis q̄ sunt idē eētialiter et realiter, ergo formalitas subiecti est eadē cū formalitate proprie passionis, et sic non distinguuntur, et per p̄ns nō distinguuntur formaliter quare etc. **C** Preterea quod est substantia est uera res, sed formalitas substantie est substantia, igitur formalitas substantie est uera res. Maior patet de se, quia est predicatio superioris de inferiori. Minor patet: quia formalitas subiecti est quod quod est se habet ut patet per istos, s̄ quod quod est est idē cum re cuius est, patet septimo methaphysice, igitur quod quod est substantie est substantia. Et ultra quecumq̄ per ueram rem distinguuntur realiter distinguuntur, sed que formaliter distinguuntur per ueram rem distinguuntur, ergo quecumq̄ formaliter distinguuntur realiter distinguuntur. **C** Preterea quecumq̄ habent diuersas diffinitiones distinguuntur realiter uel ratione, patet quia diffinitiones diuersę sine differentie in eisdem posite uidentur sufficere ad distinctionem realem uel rationis, sed illa que distinguuntur per formalitates habent diuersas diffinitiones ut patet per istos, igitur etc. **C** Preterea si illa que distinguuntur formaliter essent idē realiter, tūc ab vno et eodem sumerētur unitas et pluralitas, quod uidetur inconueniens. Assumptum tamen probatur quia per te ab vno et eodem in quo

est unitas rei et esse sumitur pluralitas formalitatis et sic ab vno et eodem sumetur unitas et pluralitas: sed hoc est falsum ut dictum est, et ut patet secūdo de generatione, idem inquam idem non est natum facere nisi idem. **C** Preterea accipio formalitatem subiecti et sit. a. et accipio formalitatem passionis et sit. b. tūc quero ul. a. et b. habent aliqd̄ cōe ul. nihil cōe. Si nihil commune, ergo. a. et b. se totis distinguuntur, sed que se totis distinguuntur realiter distinguuntur, ergo. a. et b. realiter distinguuntur, sed per istos illa sunt eadē realiter, ergo illa que in nullo sunt eadē realiter uel non sunt eadē realiter erunt eadē realiter q̄ manifestam includit contradictionem. Si detur q̄. a. et b. habent aliquid commune, uel est reale uel rationis, si sit ens reale, ergo illa sunt entia realiter, et sic faciēt distinguere illa quorum sunt formalitates, scilicet subiectum et propriam passionem. Si autem sit ens rationis, igitur ille formalitates erunt entia rationis, et sic faciēt illa quorum sunt formalitates tūc distinguere s̄m rationem quod est contra eos: quia dicunt q̄ distinctio per formalitates est maior q̄ distinctio rationis. **C** Preterea quecumq̄ distinguuntur quiditative distinguuntur realiter et essentialiter, patet: quia quiditas res et essentia idem sunt, s̄ que distinguuntur formaliter distinguuntur quiditative, patet quia per istos formalitas nihil aliud est q̄ rei quiditas, ergo que distinguuntur formaliter distinguuntur realiter et essentialiter quod est p̄positum. **C** Preterea arguit Hieronymus Brito ordinis predicatorum et dicit has rationes demonstrare, nulla propria passio protenditur ultra suum proprium et adequatum subiectum, sed distinctio est passio entis, ergo non protenditur ultra ens: sed omne ens uel est reale uel rationis, ut patet quinto methaphysice, igitur omnis distinctio uel est realis uel rationis, et sic nulla erit distinctio media inter distinctionem realem et rationis et ita non erit dare distinctionem formalitatum uel per formalitates, nec distinctionem ex natura rei nisi contineantur sub aliquo istorum modorum, et sic habeo p̄positum q̄ distinctio formalis infert distinctionem realem. **C** Preterea quecumq̄ distinguuntur numero distinguuntur realiter, patet quia que sunt numeraliter distincta nō includit contradictionem vnum esse sine alio, et per consequens realiter distinguuntur, sed que distinguuntur formaliter distinguuntur numeraliter, probatio: quia que distinguuntur formaliter distinguuntur quiditative, ut patet per istos, et que distinguuntur quiditative distinguuntur specificē, patet quia quiditas ponit rem in esse specifico, sed que distinguuntur specie distinguuntur numero, ut patet primo thopicorum, et quinto methaphysice, et etiam quia distinctio specifica est maior q̄ distinctio numeralis, et maior distinctio arguit minorem s̄m omnes, sed quecumq̄ numero distinguuntur realiter distinguuntur, igitur de primo ad ultimum que formaliter distinguuntur realiter distinguuntur quod est p̄positum. **C** Preterea arguit sic franciscus de marchia ad idem. Illa que habent realiter et essentialiter diuersas formas realiter et essentialiter distinguuntur: patet clare ex intentione philosophi 9<sup>o</sup> methaphysice forma distinguit et sepat, s̄ que distinguunt formaliter distinguuntur per formā ut p̄ de uirtute uocabuli, q̄ que distinguunt formaliter realiter distinguuntur et eētialiter. **C** Preterea nisi illa que formaliter distinguuntur

distinguerentur realiter tunc formalitas nō esset p̄ncipiū sufficiens distinguēdi aliq̄ realiter. patet de se sed hoc est falsum. patet quia per paternitatem in diuinis que est quedam formalitas. pater in diuinis distinguitur ab essentia formaliter ⁊ a filio in diuinis realiter. ergo realiter ⁊ essentialiter. Et confirmantur omnes iste rationes sic. Omnis differētia facit compositionem ratiōis. ergo omnis distinctio seu differētia ex natura rei facit cōpositionez ex natura rei: sed in diuinis uel in simpliciter simplici nulla est cōpositio. ergo ibi nulla est distinctio ex natura rei. nec per cōsequēs formalis. Alie mltē rationes formant ab istis de qbus pro nūc supersedeo: qz istis intellectis ⁊ solutis alie faciliter intelliguntur ⁊ soluentur. ¶ In oppositū arguitur ex quintuplici auctoritate: ⁊ p̄mo ex auctoritate logicali sic: quia dicit Aristo. in p̄dicamētis q̄ idē calor numero qui est de p̄ma specie qualitatis ut est dispositio: est de tertia ut est passio. sed certum est q̄ idē calor vñ numero est realiter ⁊ essentialiter idēz. Et tamē facit diuersas spēs ul' ponit sub diuersis spēs: ergo oportet ponere diuersas formalitates: per quas facit diuersas species uel per quas reponatur sub diuersis speciebus. Et sic cum identitate rei reali stabit: immo necessario oportet ponere diuersas formalitates. ¶ Secundo probatur idem auctoritate naturali. Dicit enim philosoph⁹ tertio physicorū q̄ actio ⁊ passio cum idem significēt realiter in numero: habent tamen quodquidat alterum ⁊ alteruz distincta. sed distinctio per quodquidat arguit distinctiōnem formalitatum: ergo cum eadem re essentialiter stabit diuersitas formalitatum. ¶ Tertio arguitur auctoritate morali. Dicit enim philosoph⁹ in ethicis q̄ virtus ⁊ iustitia sunt eadēz res. sed tamē sunt distincta s̄m rationē quiditativam. sed distinguuntur per rationem quiditativā est distinguuntur formaliter. ergo cum identitate reali stat pluralitas formalitatum iste tres auctoritates concludunt cōtra aduersarium. ⁊ non concludant cōtra scotistam ul' cōtra marronistam. ¶ Quarto arguitur auctoritate metaphysicā. Dicit enim philosoph⁹ quarto metaphysice q̄ ens ⁊ vnus sunt vna natura. ⁊ hoc idem dicit. 4. thopicorū. distincta vō ratione quiditativa. ⁊ per consequens sunt eadem realiter ⁊ distincta formaliter. ergo cum identitate essentie ⁊ essentie rei ⁊ rei. nature ⁊ nature: stabit distinctio quiditativa ⁊ formalis. Et si dicatur nō soluendo sed euadendo sicut consueuerunt q̄ philosoph⁹ capit ibi ens ⁊ vnus ut distincta s̄m rationem. i. per intellectum. Contra magis distinguuntur ens ab vno q̄ ens ab ente sed ens ab ente distinguitur per intellectus. ergo oportet q̄ sumatur maior distinctio ibi q̄ distinctio s̄m intellectus. ⁊ per consequēs sumetur rō pro ratiōe quiditativa ⁊ non pro ratiōe intellectus. que rō uel distinctio quiditativa est maior q̄ ratio uel distinctio intellectus. ¶ Quinto pbatur idem auctoritate theologica. quia certus est q̄ essentia diuina a supposito puta a patre ⁊ filio non est alia essentialiter ⁊ realiter: quia si hoc. iam eēt pluralitas rerum in diuinis quod est hereticum. ⁊ tamē cōceditur q̄ ibi est diuersitas formalis. patet qz pater dicitur ad alterum. scilicet ad filium ⁊ filius ad patrem ⁊ tamen eētia non dicitur ad aliud. quia quod ad aliud dicitur s̄m beatum Augustinum. nō est essentia. ⁊ debet intelligi formaliter. ergo cum identitate rei stabit distinctio formalitatum.

Espondeo in ista questione sic pcedā. P̄mo r̄ aliq̄s diuisiones p̄ponā. Secdo numerū cuiuslibet distinctiōis ⁊ idētitatis ap̄iā. Tertio dabo modū iuestigādi ⁊ inferēdi vñā distinctiōnē ⁊ idētitatem ex alia. Quantum ad p̄mum dico q̄ ens diuiditur in ens reale ⁊ in ens rationis. ⁊ ista est diuisio equiuoci analogi in sua analogata equiuocata. Ens reale est quod habet esse secūsa quacūqz operatione intellectus siue quocūqz actu collatiuo cuiuscūqz potentie siue intellectus siue voluntatis siue cuiuscūqz alterius potentie. ⁊ sic ens reale predicatur quiditativē de deo ⁊ de decem predicamētis. ¶ Ens vō rōnis capitur trib⁹ modis s̄m Scoti. p̄ma di. 4. senten. P̄mo modo pro illo qd̄ habet esse in anima subiectiue. ut species: actus: ⁊ habit⁹. Secundo modo obiectiue sicut vniuersalia sunt in anima per species a rebus causatas uel a deo iprefas. Tertio modo pro cōparatione passiuā qua per intellectū vñū obiectū cognitū ad aliud obiectū cognitū cōparatur. Ens rationis duobus p̄mis modis nō distinguitur cōtra ens reale accipiēdo ens reale sicut capiebatur in precedenti diuisione. sed ens rationis tertio modo captū nullo modo continetur nec cōmet sub se ens reale. tanqz superius sum inferius. Ultra dico q̄ ens reale p̄ma sui diuisione diuiditur per ens quantū ⁊ nō quantū s̄m Scotum quinta. q. quolibet. Ens quantū per finitū ⁊ infinitū absolutū ⁊ respectiū. Omne enim ens dicitur formaliter absolutū qd̄ non est formaliter ad aliud. sicut est deus ⁊ omnia attributa in diuinis ⁊ tria genera generalissima tñ. s. substantia. quātitas. qualitas ⁊ c. Ens vō respectiū dicitur illud quod formaliter est ad aliud. sicut sunt in diuinis notiones relationes cōmunes. ⁊ ista septem predicamenta. s. ad aliquid: actio: passio: quando: ubi: situs: ⁊ habitus. Et istarum relationum quedam dicuntur intrinsecus aduenientes sicut sunt omnes relationes de p̄dicamento ad aliquid. alie vō sunt relationes extrinsecus aduenientes. ut sunt ille relationes de sex ultimis predicamentis. Dicitur autem relatio intrinsecus adueniens que necessario ponitur positus fundamento ⁊ termino. sicut est paternitas: filiatio: similitudo. implicat enim contradictionem ponere duo alba qui sit similitudo. etiam per diuinam potentiam s̄m Scotum secundo: tertio sententiarū: ⁊ in multis alijs locis. Sed relatio extrinsecus adueniens est que non necessario sequitur extrema posita in actu. ita q̄ per aliquam potentiam fundamentum ⁊ terminus possunt poni ⁊ tamen non erit relatio. ut patet de relatione agentis ad passum. possibile est enim ponere ignem ⁊ stuppam ⁊ tamē nō erit combustio. Et si dicatur q̄ ignis non est proximum fundamentum combustionis: s̄z approximatō agentis ad passum. ⁊ hoc sit falsum quia illa approximatō non denominatur agens uel patiens tamen adhuc possunt esse combustiuus ⁊ combustibile approximatō: ut patuit de tribus pueris in camino ignis ardentis: ⁊ non erit combustio. ⁊ sic patet q̄ tales relationes sunt extrinsecus aduenientes. Dico ultra q̄ ens diuiditur in substantiam ⁊ accidēs. ⁊ loquor de ente finito ⁊ creato. Iuxta quod nota q̄ substantia capitur tribus modis. vno modo substantia dicitur qd̄ est a se ⁊ per se. ut est deus. ⁊ sic non capit hic substantia: quia clarum est q̄ deus non est ens creatum nec finitum. ¶ Alio modo d̄ suba que est per se sed nō a se: ut est substantia p̄fecta p̄dicamēti substantie

scotus

incipiēdo a genere generalissimo vsq; ad indiuidua  
includiue. ¶ Tertio modo dicitur suba que nec est per se  
nec a se s; in alio. q; est pars substantie pfecte et cōple  
te: sicut sunt forme subales. Et dico q; sunt in alio. si  
cur ps essentialis uel integralis sube est suba. ¶ Se  
cūdo nota q; circa ultimā diuisionē nup dictā ly acci  
dens pōt capi dupliciter. vno modo pro omni illo  
quod conuenit alicui et nō est de diffinitione qditati  
ua eius: et sic ppria passio est accidens suo subiecto:  
et omne accidēs cōmune est accidēs suo subiecto: et oē  
inferius suo superiori. Et ita forte posset pcedi q; pro  
prie passiones entis accidāt enti et cuilibet inferiori  
ad ens capiēdo isto mō accidēs. Secūdo mō accipit  
accidēs pro illo qd accidentalit pfectit illud qd existit  
in se pfectuz nec necessario psequit ipm: sed inest ei  
ptingenter et sic sumit qm dicit q; accidēs est qd adest et  
abest et. ¶ Cōsequēter dico q; res aliquā uenit de ra  
tus tā. tū. qd est firmus a. um. et ista est semp cū exi  
tia actuali. Alio mō dicitur res a reo: ris et. quod est opi  
no: ris. ¶ Et sic oē qd est tā in esse obiectiuo sic oēs  
res mūdi ab eterno fuerūt in eē imaginabili pōt dici  
res. Et isto secūdo mō accipiēdo rē pōt dici q; oia crea  
ta et oia creabilia an mūdi pstitutione; eēt res et q;  
so: et pō distigebant realit et sic de alijs. pdictā di  
uisionē ponit Sco. xxvj. di. p. sen. ¶ Cōsequēter di  
co q; ens diuidit in ens simplr et in ens s; qd siue in  
ens in potētia subina et in ens in potētia obiectiua: et  
ista diuisio est eadē cū pcedēte dēpto qd addebat in  
secūdo mēbro q; in esse imaginabili. Et nō capio hic  
ens fm quid ut sub se ptinget entia rōnis siue relatio  
nis rōnis et ficticia. sed ut cōtinet sub se p cise illd cui  
nō repugnat ueruz eē exiētie. Et sic dico q; ens ut est  
subiectū metaphysice et adequatū obiectū intelle  
ctus nri dicitur vniuoce de ente simplr et de ente fm qd.  
saltē ad illa est vniuoce pdicatū. ¶ Pro quo notan  
dū q; fm Sco. di. viij. p. sen. et di. iij. eiusdē. Diffe  
rētia est iter eē vniuoce pdicatū et vniuoce pdicari.  
Vniuoce enī pdicatū ulr qm pceptus illius qd p dica  
tur est in se vnus ex natura rei si sit res pme itentio  
nis. Et hoc mō albū dicitur de ligno et lapide est p di  
catū vniuoce et ulr ois pdicatio accidentis de subie  
cto. Et per oppositū illud dicitur equiuocū qd p dicat  
nō fm vnitatē pceptus. Et sic inter vniuoce et equi  
uocū nō est mediū. p; clare ex rōnibus ipoz. Vniuo  
ca enī dicuntur quoz nomē est cōe et rō substantie est ea  
dē. Equiuocū quoz nomē est cōe et rō substantie nō  
est eadē. mō hie eandē rōnem et nō hie eandē rōnez  
cuz sint dīctoria nullo mō pnt cōpati mediū. Et  
quo infero q; oē analogū uel est equiuocū uel vniuo  
cū. Vniuoce vō pdicari est qm rō seu diffinitio p dica  
ti includit in rōne seu diffinitioe subiecti et h; qditati  
ue sic q; nō p dicat ut albū de lapide: nec vniuersali  
ter ut quodcūq; accidens de subiecto siue propriuz  
siue cōmune: nec ut inferius de superiori nec ut ge  
nus de differētia: nec ut differētia de genere: nec ut  
modus intrinsecus de eo cuius est modus intrinsecus  
sed ut solus pceptus qditatiu et qualitatiu ptingēs  
ad p mū modū dicēdi per se p dicant. ¶ Ulteri<sup>o</sup> ad  
uertendū q; duplex est vniuocatio ut ad presens spe  
ctat. s. vniuocatio trāscēdens et vniuocatio limita  
ta. Vniuocatio limitata est respectu alicuius p dica  
ti potētis pdicari de multis fm hitudinē alicui<sup>o</sup> vni  
uersaliū a porphirio assignatoz: et isto mō ens nō p  
dicat vniuoce de entib; sicut dicit porphirius. Si  
qs enī oia entia uocet equoce inquit nūcupabit et nō  
vniuoce. vniuocatio trāscēdens est vnitās alicui<sup>o</sup>

pceptus ex natura rei potētis de multis generibus  
generalissimis pdicari. uel de vno generalissimo et  
de aliquo q; nō est in pdicamento. Exēplum p mū ut  
ens: bonū: uerū: relatio: absolutū et. dicunt vniuoce  
vniuocatioe trāscēdenti. Exēpluz secūdi ut iustitia:  
sapientia: dicunt vniuoce vniuocatioe trāscēden  
ti: nec requirit ad hoc q; aliq; p dicatū sit trāscē  
dens qd p dicat de oibus p dicamētis. sed sufficit q;  
dicat de aliquo p dicamēto uel de aliquo reponibi  
li et q; nō sit per se in genere: sicut est sapientia: iustitia  
et sic de alijs. sic Sco. viij. di. p. sen. ¶ Aduertēduz  
ulterius q; ens capif duplr. vno mō trāscēdenter.  
alio mō trāscēdentissime. Ens trāscēdentissime  
captū est equiuocū q; cūq; equiuocatioe q; ut sic ca  
pif ens. est cōe ad ens reale: et ens rōnis. et clarū est  
q; ut sic nō dicit aliq; pceptū vniū: q; uel ille pcept<sup>o</sup>  
esset secluso ope intellect<sup>o</sup> uel nō. si sic. ergo aliq; qd  
eēt pter op<sup>o</sup> intellect<sup>o</sup> includeret quiditatiue in illo  
qd nō eēt pter op<sup>o</sup> intellectus cuiusmodi est ens ra  
tionis. Si nō eēt pter opus intellect<sup>o</sup> sed per op<sup>o</sup> in  
tellectus. ergo aliq; qd est per opus itellect<sup>o</sup> inclu  
ditur qditatiue in illo qd esset pter opus itellectus.  
qd videt falsum. et sic relinquit q; ens ut sic captuz  
nō est vniuoce. ¶ P predicta rō facit mihi fidem et  
credo illā esse insolubilē. s; franciscus de mayronis  
nitaf eaz soluere sed iudicio meo nō soluit. ¶ Ens  
vō trāscēdenter captū est ens cōe ad deuz et crea  
turam qd assignat p mū obiectū nostri itellect<sup>o</sup> ex na  
tura potētis. et p mū obiectū uoluntatis et p mū subie  
ctū metha. et ut sic est vniuoce ad oē illd qd est seclu  
so ope intellect<sup>o</sup> collatiuo et ut sic est vniuoce ad dif  
ferentias ultimas et ad pprias passiones et breuiter  
ad oia positiua ut dictū est. ¶ Ulteri<sup>o</sup> est tū q; nō p di  
catur vniuoce de ultimis differētis et pprijs passi  
onibus suis sed tū de deo et. x. p dicamentis. Et de  
materia et forma s; Sco. in. iij. di. p. sen. Et posset  
addictā q; p dicat vniuoce de illis que directe me  
diant inter ipm et. x. p dicamēta. cuiusmodi sunt ab  
solutū relatio et. Et fm has diuisiones tu potes sal  
uare oēs auctoritates militantes ptra vniuocatio  
nē entis. ¶ Morādū ulteri<sup>o</sup> q; ens diuidit in ens sim  
plex et cōpositum. Simplex autē dicitur multis modis.  
p;mo mō dicitur simplex qd nō est cōpositū nec cō  
ponibile. et isto modo solus de<sup>o</sup> dicitur simplex q; est sum  
me simplex. Summe enī simplex dicitur qd nō est cō  
positū nec cōponibile. Et isto mō oē aliud a deo di  
ceretur cōpositū ut cōpositio opponit simplicita  
ti isto mō sumptre. Secūdo modo dicitur simplex qd nō  
h; pceptū quiditatiu et qualitatiu et isto mō dicitur  
simplex qd h; pceptū simpliciter simplicē sicut sunt  
ens et passiones entis. modi intrinseci et omnes dif  
ferētie ultime: q; hnt cōceptum simplr simplicem.  
¶ Concept<sup>o</sup> autē simpliciter simplex est ille qui nō  
est resolubilis in alios pcept<sup>o</sup> simpliciter quoz qui  
libet posset actu simplici distincte cognosci. qui fm  
Sco. uel totaliter scitur uel totaliter ignorat. q; nō  
h; aliquid fm qd possit concipi et aliq; fm qd possit  
ignorari. Et isti simplicitati opponit constitutio rei  
ex pceptu determinabili et determinatiuo. et loquoz  
semp de pceptu obiectiuo et nō qualitatiuo quoz  
differentia als patebit. Tertio modo aliquid dicitur  
simplex q; nō est cōposituz ex re et re. cuiusmodi sunt  
oia accidētia. materia pma. forma substantialis.  
angelus uel aia. s; tū aliqui dicāt angelum et animā  
habere materiā et formā: qd nō credo uerū loquēdo  
de materia et forma physicali. sed tamen cōponunt  
ex genere

ex genere & differētia siue ex realitate potēiali & realitate actuali. que cōpositio non debet dici pprie cōpositio rei & rei: sed magis realitatis & realitatis s3  
 Sco. in. iij. di. & in. viij. di. p. sen. Et isti simplicitati opponit cōpositio materie & forme. C Quarto modo aliquid dicitur simplex q: non est mixtū. Sic celū s3m ueritatē & quatuor elemēta l3 sint cōposita ex materia & forma sunt tñ simplicita. i. non mixta prout scilicet isti simplicitati opponit mixtum. Ex p̄dictis patet q: ex quatuor modis iā dictis pōt aliquid dici cōpositū uel constitutū ut patet cōsiderāti.  
 C Aduerte tñ q: duplex est cōpositio. s. cu3 his & ex his. vñ sola p̄stituta dicitur cōposita cōpositione ex his. l3 constitutētia possunt dici cōposita cōpositione cum his. sicut materia & forma: subiectū & accidēs: & accipio cōstitutionem limitatā: & sic dico q: oē ens mundi creatū est cōpositū ex re & re uel cōpositione ex his uel cōpositione cū his. Extendēdo etiā cōpositionē ad cōpositionē cēntialē que est materie ad formam: & ad cōpositionē accidentalē que est accidentis cū subiecto: vnde l3 angelus: accidētia: materia p̄ma: forma substāntialis nō sint cōposita cōpositione ex his: possunt tamen dici cōposita cōpositione cū his. Remanet ergo solus deus nō cōpositus nec cōponibilis aliqua cōpositione. C Rursus ens diuidit in ens necessariū & in ens cōtingēs. Unū illud dicitur necessariū qd non pōt non eē. Cōtingēs vō qd pōt esse uel nō esse. Inuenio tñ duplex necessarium & duplex cōtingēs. s. cōplexū & incōplexū. Necessariū cōplexū est qd non pōt nō esse uerū: sicut sunt p̄positiones primi modi & secūdi & sic de alijs. Cōtingēs vō cōplexū est qd pōt esse quandoq: uerū & qñq: falsum: sicut sunt p̄positiones de materia cōtingētī. Necessariū aut incōplexum est qd nō pōt non eē. & hoc dupliciter uel quātuz ad eē simpliciter: & sic solus de⁹ dicitur necessariū q: est a se: & per oppositū illud dicitur cōtingēs simpliciter loquēdo qd est ab alio & pōt esse & nō esse. Necessariū vō s3m quid est illud qd nō potest non esse quātuz ad eē s3m quid. sicut sunt oēs res mundi que sunt possibiles. habuerūt enī ab eterno esse cognitum: ut patet per doc. in p. di. iij. de sinceris ueritatib⁹. & in aliquo pōri nature ante determinationē diuine uoluntatis & per cōsequēs necessario sunt in tali eē: q: qd p̄cedit determinationē diuine uolūtatis est necessariū. nec aliquid dicitur cōtingēs ut opponit istinecessitati.  
 C Ens ulter⁹ diuidit in ens independens & in ens depēdēs. Ens independēs est de⁹ q: a nullo est nec in genere cause efficientis: nec materialis: nec formalis: nec finalis ut ingeniose multū deducit Sco. ij. di. p. sentētiarū. & viij. eiusdem. Ens vō depēdēs est qd ab alio est in aliquo genere cause. Cum igitur oia alia a deo sint in genere cause efficiētis sequitur q: depēdēt. C Sed dices si oia depēdēt ut tu dicis cum dependentia sit relatio: sequeret q: saltem oia alia a deo essent ad aliquid qd uidet in cōueniens & cōtra philosophū. 4. metha. C Respondetur q: argumentū concludit q: oia alia a deo sunt ad aliquid denominatiue: q: in oī ente fundat respectus effectiuitatis seu dependentie & illud cōcedo. Nec hoc negaret philosoph⁹. s3 nō probat q: oia sunt ad aliqd formaliter & quiditatiue sic uoluit negare philosoph⁹ oia eē ad aliqd. C Sed tu dices iste respectus fundat⁹ in creatura ad deū terminat⁹ ul' est res distincta a creatura uel nō. si nō. ergo oia sunt ad aliquid essentialiter & quiditatiue ut uidet. si sic: ergo

creatura: puta homo uel angelus: poterit eē sine tali respectu. & sic nō dependebit ad deū. pbatur secūda cōsequētia q: l3 posterius distinctū realiter aliqui nō possit esse sine suo p̄ori tamē vniuersaliter omne prius sic distinctum pōt esse sine suo posteriori. p̄ma cōsequētia pbatur q: effectus formalis nō potest esse sine sua causa formali etiā per diuinā potentiaz q: causalitas cause materialis & formalis dicitur imperfectionē. & sic semp in tali dependentia creatura nō esset dependens. Dico breuiter conformiter ad Scotum p̄ma di. ij. sententiarū. q. v. q: talis dependentia est eadem realiter cū creatura & vniuersaliter: ois relatio sine qua uel sine cui⁹ termino fundamentū nō pōt eē. talis relatio idētificat realiter cu3 suo fundamento. Clarū est q: creatura non pōt esse nisi dependeat & nisi deus sit. ergo creatura est realiter sua dependentia. Et similit̄ dico de dependentia toti⁹ cōpositi essentialis ad suas partes: & de dependentia qua relatio dependet a fundamento. Et hoc infero q: capiēdo hoc modo dependentiā nulla creatura absoluta depēdet ab alia cū etiā in genere cause efficientis creaturā absolutā possit deus seipso creare & p̄seruare. C Deinde notādū q: s3m Bonetū in p̄dicamētis ens diuiditur in vñuz & multa & etiā s3m p̄bum. Unuz ut in p̄dicto loco dicit Bonet⁹ dī quq: modis. p̄mo modo dicitur vñū vnitāte transcēdenti. & sic oia de quibus ens transcēdēt dicitur vniuoce sunt vñū ista vnitāte. Secūdo modo dicitur vñuz vnitāte generica generalissima & sic oia vni⁹ predicamētī sunt vñū ista vnitāte. Tertio modo dicitur vñū vnitāte sp̄ei subalterne: & sic oia dicuntur vñū ista vnitāte que sub eadez sp̄e subalterna p̄tinēt. Quarto modo dicitur vñū vnitāte sp̄ei sp̄alissime & sic oia idiuidua eiusdē sp̄ei specialissime sunt vñuz ista vnitāte. Quinto mō dicitur vñū vnitāte numerali. vnde quātuz vnitās est superio: tanto est minor s3 doctrinā Sco. in multis locis. vñ maior vnitās per bonam cōsequētiā infert minorē s3 non minor maior: em l3 ster cu3 ea. Multa vō capiunt tot modis quot vñū ut clare patet practicātī. q: tot modis dicitur vñū oppositoz quot modis dicitur & reliquum. Et hec de primo articulo.

Quantum ad secūdū articulum sunt septem partiales articuli declarandi. in primo uidebitur quid est identitas rationis & ei⁹ distinctio. In secūdo quid est identitas ex natura rei & ei⁹ distinctio. In tertio quid est identitas formalis & ei⁹ distinctio. In 4<sup>o</sup> quid est identitas realis & ei⁹ distinctio. In 5<sup>o</sup> quid est identitas essentialis & eius distinctio. In sexto quid est identitas subiectina & eius distinctio. In septimo quid est identitas obiectina & eius distinctio. Iuxta p̄mum articulum sunt aliqua notanda. primo notādū est q: intellect⁹ est duplex. scilicet agens cuius est omni omnia facere & intellect⁹ passiuus seu possibilis cuius est omnia fieri. ut ait Arī. tertio de anima. & dico q: isti duo intellect⁹ sunt due formalitates in aīa que ex natura rei distinguuntur: l3 cū anima sint idem realiter. C Notandum secūdo q: duplex est actus intellectus scilicet rect⁹ & collatiuus. actus rect⁹ appellatur quo intellect⁹ fertur super aliquam rem absolute. ut quā intellectus intelligit rosam. Actus vō collatiuus appellatur quo intellectus rem intellectā cōparat ad seipsam uel ad aliam. C Notādūz tertio q: ratio capiunt multis modis. p̄mo modo pro diffinitōe sicut in diffinitione vniuoceorum & equiuoceorum capitur. Et dicitur



diffinitio ratio quia est indicatiua obiecti intellectus  
uel rationis. Secundo modo pro ipsa vi uel potentia  
ratiocinativa siue sit intellectus siue uoluntas que  
amat creaturam propter deum. siue sit uirtus imagi-  
natiua que discurret circa particularia. Tertio mo-  
do capitur pro discursu rationis a premissis ad con-  
clusiones qui dicitur actus collatiuus. Quarto modo  
forma dicitur ratio: quia est ratio cognoscendi com-  
positum et materiam. cognoscitur namque materia per  
analogiam ad formam primophysicorum. De mul-  
ticiplici acceptione huius nominis forma videbitur  
in sequentibus. ¶ Istis presuppositis pono duas con-  
clusiones. Prima est quod illa sunt idem et eadem ratio  
que habent eundem conceptum omnino indi-  
stinctum a parte rei. et etiam indistinctum ex parte  
intellectus. ut homo est idem sibi ipsi. et omnia entia  
tertij modi perfectatis et sic de alijs. Secunda conclu-  
sio illa distinguuntur ratione que distinguuntur per  
actum collatiuum intellectus precise. ut in omni pro-  
positione mundi in qua predicatur idem de seipso.  
ut subiectum et predicatum distinguuntur ratione:  
quia sicut contradictio fundata in entibus ex natu-  
ra rei concludit distinctionem ex natura rei. ita contra-  
dictio fundata in entibus rationis concludit distin-  
ctionem rationis. Secundo sequitur quod iter entia rea-  
lia et rationis ut inter aial et genus. similiter iter en-  
tia rationis inter se ut inter genus et speciem est di-  
stinctio rationis quia non fit nisi ex sola collatione in-  
tellectus: et accipio distinctionem rationis que est a po-  
tentia ratiocinante et non pro distinctione rationis  
que est a natura ratiocinabili. Ex hoc patet quod disti-  
ctio rationis est respectus rationis per actum colla-  
tiuum a potentia ratiocinante causatus. Similiter  
patet quod illi qui respondent ad istud argumentum:  
essentia diuina est comunicabilis: paternitas est in-  
edificabilis. ergo essentia diuina et paternitas distin-  
guuntur aliter quam ratione. Respondet namque quod argu-  
mentum concludit quod distinguuntur plus quam ratione  
ratiocinante. sed non plus quam ratione ratiocinabili.  
patet inquam quod non est disputatio nisi ad uocem: quia  
nec intelligunt uim uocabuli distinctionis ex natura  
rei: quod illi uocant distinctionem rationis rei ratiocina-  
bilis: formalitates uocant distinctionem ex natura rei.  
et sic non capio in conclusione mea distinctionem ra-  
tionis que est precise et solus a potentia ratiocinate.  
¶ Sed quod ista distinctio rationis sit ficticia probat ab  
aduersarijs nris dupli. primo sic. Dis distinctio non uana  
sortitur robur et esse ex aliqua re. ergo ista distinctio  
rationis uel sortitur robur a re: et sic est realis et non ra-  
tionis tamen ut usus est isto uocabulo rationis. si non sortit  
robur a re: ergo est ficticia. Secundo arguitur ad idem sic et est  
quasi confirmatio argumenti: quod intellectus intelligens  
rem aliter quam sit est falsus: quod si intelligat rem distinctam  
uel rem esse distinctam et non sit distinctio a parte in-  
tellectus false intelligit: igitur et. ¶ Respondeo ad ista  
quod distinctio rationis sortit robur a re. id est a non repugna-  
tia rei ad sic uel sic concipi. Ex hoc sequitur quod talis di-  
stinctio non est pura fictio. ¶ Ad secundum quod est con-  
firmatio. dico quod intelligere rem aliter quam sit capitur  
dupliciter. uno modo intelligendo ipsam non eo modo  
quo est non tamen quod intelligatur sub modo sibi repugnanti.  
ut intelligendo lineam que unitur materie sensibili non  
intelligendo huiusmodi materiam non repugnat linee  
Alio modo intelligendo rem sub modo repugnanti siue  
nature ut intelligendo deum esse corporeum. Dico ergo  
quod ille qui intelligit rem aliter quam est secundo modo falli-

tur: non autem primo modo. sic in proposito quod intelliguntur  
distincta sine rationem absque habitudine ad aliquid sed rem  
distincta non erit talis alietas. ¶ forte dicit aliquis ne-  
gando istam distinctionem esse aliam a distinctione ex  
natura rei: quia illa que distinguuntur ratione distin-  
guuntur ex natura rei. Contra hoc arguitur sic. si hoc  
esset uerum sequeretur tunc quod illa que essent eadem ex  
natura rei essent distincta ex natura rei. patet: quod for-  
mo istam propositionem eadem ex natura rei sunt eadem  
ex natura rei. ibi est distinctio rationis ut prius dictum  
est. quia idem positum in subiecto distinguit a seipso  
posito in predicato ratione. Sed sequitur per te quod ista  
distinguuntur ex natura rei: ergo illa que sunt eadem  
ex natura rei sunt distincta ex natura rei. quod claudit  
contradictionem. et hec de primo partiali articulo  
huius secundi articuli principalis.

Tantum ad secundum articulum qui est de  
identitate ex natura rei et eius distinctione  
sunt aliqua notanda: primo est notandum quod  
res et ens quantum ad presens spectat consideratur  
dupliciter. primo modo pro omni positio quod ex  
natura rei est extra nihil. et isto modo modi intrinse-  
ci et differentie ultime dicuntur ens uel res. Alio modo  
magis stricte pro illo quod est precise ens uel res quidita-  
tiue. et sic ens uel res dicitur precise de deo uel crea-  
tura de absoluto et respectiuo: et de illis que sunt in re-  
cta linea predicamentali. et de materia et forma ut di-  
ctum est superius ex intentione Scoti. et isto modo  
nec passionis entis nec modi intrinseci nec differē-  
tie ultime dicuntur res uel ens sed solum dicuntur  
aliquid rei et non res. secundo modo capiendo res.  
¶ Pro istis assignatur una regula generalis. scilicet  
quandocumque aliqua ita se habent quod unum est ens pro-  
prie accipiendo rem et aliud est aliquid rei eius pre-  
cise: non sunt omnibus modis idem. Ista regula pa-  
tet per istud principium commune quando aliqua sic  
se habent quod aliquid competit uni ex natura rei quod non  
competit alteri talia distinguuntur. et si non realiter  
saltem aliqua alia distinctione: et sic non sunt omni-  
bus modis idem. ¶ Secundo notandum quod in di-  
uinis quadrupla est differentia non identitatis. Pri-  
ma est inter quiditatem seu essentiam et modum in-  
trinsecum: et etiam inter ipsos modos intrinsecos.  
Secunda est inter attributa. scilicet inter scientias  
et sapientiam. similiter inter intellectum et uolunta-  
tem: si fas est attributa nominari quia. xxvj. distin-  
cti. sententiarum. dicit doctor quod intellectus et uo-  
luntas non sunt proprie attributa sicut bonitas et iu-  
stitia. Similiter inter uolitionem et intellectionem.  
Tertia est inter notiones. scilicet inter spirari et di-  
cere: quia dicere est respectus patris ad filium: et spi-  
rare patris et filij ad spiritum sanctum. Quarta est  
inter essentiam et relationes: et etiam inter essentiam et  
attributa. Et posset addi quinta que est inter consti-  
tutina et constituentia. ¶ Tertio notandum est quod ac-  
cipiendo ista proprie. scilicet substantiam: naturam:  
essentiam: quiditatem seu formalitatem habent or-  
dinem inter se: nam omnis essentia est quiditas seu  
formalitas. sed non econtra ut patet in diuinis. et ois  
natura est essentia et non econuerso: quia multe sunt  
species que sunt essentie cum diffiniuntur et tamen  
non sunt natura cum non sint principium productionis  
aliquius forme absolute: ut sunt respectus: et omnis  
substantia est natura sed non econuerso. quia quali-  
tas est natura et tamen non est substantia proprie ac-  
cipiendo substantiam. Circa quod est notandum quod  
quiditas

quiditas sumpta cum modo dicitur proprie eētia  
 denudata a modo dicitur quiditas. ¶ Quarto est  
 notandum q formalitas capitur tribus modis, pri  
 mo modo large: tunc sic dīfinitur. formalitas est  
 aliquid repertum in re ex natura rei quod non opor  
 tet semper intellectum mouere dūmodo possit ter  
 minare. dicitur repertum in re propter figmenta. dicit  
 tur ex natura rei propter relationes rationis. dicit  
 tur q non semper oportet mouere intellectum. dū  
 modo possit terminare ppter relationes reales que  
 dicuntur formalitates: tamen intellectum mouere  
 non pnt. cum idem sit mouere intellectū & causare  
 partialiter itellectionē per spēs sui. mō dictū est nūc  
 q relationes nō sunt pductiue alicui forme absolute  
 quare &c. Et isto mō capiēdo formalitatē oē illud qd  
 est extra nihil dicitur formalitas: cuiusmodi sunt mo  
 di intrinseci: differētie ultie. & sic de alijs: & sic forma  
 litas est cōis ad realitatē & qditatē. Secdo mō capi  
 tur formalitas pprie: & sic formalitas dicitur de oī eo  
 qd est ens qditatiue. & de oī eo qd est aliqd entis p  
 ter qd de modis intrinsecis. & isto mō formalitas con  
 uertit cū realitate obiectiua: nec cōior est ea sed rea  
 litas obiectiua & formalitas isto mō sunt cōiores qdi  
 tate: & sic accipim⁹ formalitatē cū loquimur de dīstin  
 ctioe formali. Tertio mō capiunt formalitas strictissi  
 me p illo qd p dicitur qditatiue de aliq ul de quo ali  
 qd qditatiue p dicitur. & isto mō formalitas ē mīn⁹ cōis  
 q realitas: s; p uertit cū quiditate. Et h; differentie  
 idiuiduales dicant formalitates capiēdo formali  
 tatē duob⁹ p mīs modis nō tñ sunt formalitates ca  
 piēdo tertio mō. & ista dīfinitio est necessaria cuilibet  
 formalizāri. ¶ Et q; ibi tactū est de qditate. iccirco  
 notandū q qditatiū dicitur sex modis. pmo mō eēn  
 tiatē. & sic illud dicitur qditatiū qd dicit totā eēntiā  
 alicui⁹. & sic spēs spālissima dicitur eē qditatiū. cū h; p  
 porphiriū dicat totā eēntiā idiuiduali. Nolo tñ di  
 cere qn idiuidualū iccludat intrinsece differētiā idiuidualia  
 lēz ultra naturā specificā. s; uolo sic itelligere q spēs  
 dicit totā eēntiā idiuiduali: ita q idiuidualia nullum  
 p dicitur qditatiū addūt ultra p dicitur cōia nature  
 specificē qditatiue & eēntialiter in ea icclusa. Secdo  
 mō aliqd dicitur qditatiū pstitutiue. & sic illud dicitur qdi  
 tatiū qd intrinsece pstituit aliquā rē ut materia & for  
 ma physical: gen⁹: & differētia metaphysicaliter lo  
 quēdo. Tertio modo dicitur aliquid quiditatiū spe  
 cificatiue: & sic illud dicitur quiditatiū qd ultimo  
 ponit rem in eē specifico. sic est differentia specifica.  
 Quarto mō dicitur qditatiū repñtatiue. & sic illud qd  
 est repñtatiū alicui⁹ eēntie: siue sit act⁹ itelligēdi  
 siue spēs itelligibilis dicitur qditatiū isto mō. Quin  
 to dicitur qditatiū indicatiue. & sic illud dicitur qdita  
 tiū q eēntiā indicat ut dīfinitio. Sexto mō dicitur  
 quiditatiū p dicitur. & appropiate: & sic illud p dicitur  
 se qd p dicitur in qd dicitur quiditatiū. Et posset addi  
 septim⁹ modus s; iproprius q aliqd dicitur qditatiū  
 psecutiue & isto mō pprie passiones pntes eēntiā pos  
 sent dici quiditatiue. ¶ His notatis pono. r. pch  
 siones pma est ista. illa sunt idē ex natura rei de qb⁹  
 duo p dicitur opposita secluso ope itellect⁹ collatiuo  
 verificari nō pnt. ut hō est hō. for. est for. Secda pclusio  
 illa distinguunt ex natura rei siue medialiter de qb⁹  
 seu iter quoz extrema duo dīctoria secluso ope itel  
 lect⁹ verificari pnt. sic se hnt dīfinitio & dīfinitio qz  
 secluso ope itellect⁹ dīfinitio est saltē pstitutiua: dī  
 finitū vō nō. totū etiā & ptes loquēdo de toto metha  
 physico & nō de toto physico. qz certū est q p m vias

doctoris totū physiciū & sue partes distinguunt reali  
 ter & plus q ex natura rei. Totū aut methaphysicū  
 qd non cōponit ex re & re. sed ex realitate & realitate  
 distinguunt ex natura rei p cise a suis p tibus sic q nō re  
 aliter. Totū eni secluso ope itellect⁹ dī pstitutiū. par  
 tes nō. Cōstitutiū aut & nō pstitutiū dīdicunt. Simi ilr  
 supius pter op⁹ itellect⁹ est multiplicabile in plura  
 inferi⁹ vō nō. multiplicabile & nō mltiplicabile dīdi  
 cunt. Sic etiā in diuinis distinguunt eēntia diuina  
 & relatio puta paternitas. qd pbat Seco. ij. di. p. sen  
 tē. qz eēntia diuina est cōicabilis trib⁹ psonis. p nitas  
 nō. p cōicacat eēntiā filio per generationē. & tñ nō cōi  
 cat sibi p nitatez. ergo op⁹ q sit aliqua dīfinitio an  
 oēm actū itellect⁹ collatiū inter eēntiā diuinā & pa  
 ternitatē. Similr argueret q p cōicacat sibi suas notides. s. p n  
 itatē & filiationē. Nolo tñ dicere q eēntia diuina nō  
 distinguunt plus q ex natura rei a relatiōib⁹ i diuinis: qz  
 etiā distinguunt formalr ut dicitur postea. Hac etiā dī  
 stinctioe distinguunt modus intrinsec⁹ ab eo cui⁹ est mo  
 dus sicut finitas ab humanitate ifinitas a diuinita  
 te. ¶ Est aut modus intrinsec⁹ s m Seco. viij. di. p.  
 sen. qui addit⁹ alteri nō uariat rōnem formalē. psti  
 tuti per ip⁹z uel remot⁹ ab illo. i. qui de se nullā rōnē  
 formalē dicit. Modus eni intrinsec⁹ est pceptibilis  
 per se: qz nō pceptit nisi cū illo cui⁹ est modus. Et di  
 cunt aliq q dicitur modus intrinsec⁹ ex eo qz nō intrat  
 rōnē formalē illius cui⁹ est modus intrinsec⁹. nec dī  
 pprie pcedi q distinguat a tali re formaliter. Mo  
 di intrinseci s; aliquos in deo sunt ifinitas: necessitas  
 eternitas & existētia. s; eē existere videat eē de cōce  
 ptu formali. & qditatiue in pmo mō dīcedi per se de  
 deo p dicitur. s; doc. in. ij. di. p. In creaturis sunt mo  
 di intrinseci act⁹ & potētia: ptingētia. intēfio & remis  
 sio. existia. & sic de alijs. Isti modi opponunt iter se:  
 qz vn⁹ alteri: sicut ifinitū finito. ptingēs necessario.  
 & sic de alijs. qz isti modi intrinseci nec intrant qui  
 ditatē nec differūt ab ea formaliter positine. sed bñ  
 negatiue hoc est q nō sunt de rōne formali ipsi⁹ qui  
 ditatis quoz sunt modi intrinseci. & tales modi re  
 ducunt ad illud gen⁹ in creaturis cuius est sua quidi  
 tas. Landolph⁹ tñ in suo pmo in plogo tenet opposi  
 tum cū quo multi tenent q modus intrinsec⁹ est idē  
 formaliter cū illo cuius est modus intrinsec⁹. videlz  
 pstituti p ip⁹z. & exēplificat de ifinitate q ē modus intri  
 sec⁹ dei & est de qditate seu de rōne qditatiua ipsius  
 dei. hoc etiā videt tenere doctor in quoli. qz ex eo q  
 natura diuina est ifinita est natura diuina: cū natura  
 diuina: qz alia est finita. & ista ē creatura. alia aut  
 ifinita & ista est natura diuina. ¶ S; qrendū est que  
 ergo est differētia iter modū intrinsecū & dīam cum  
 utrūq; sit de rōne qditatiua sui pstituti. Dico q ma  
 xima est dīa. p quoniaz dīa dicit realitatē actualē  
 qditatiua que psuppōit realitatē potētiālē quā pbat.  
 & sic ubicūq; est dīa pprie accipiēdo dīam ibi est  
 compositio realitatis potētiālis & realitatis actua  
 lis: que cōpositio sufficit ad hoc q aliqd sit per se re  
 sponsibile in p dicitur: nō sic est aut de modo intrin  
 seco s; Seco. di. viij. p. Imaginat eni scōr⁹ & subtili  
 q ens dicit pceptū qditatiū dictū de deo & creatu  
 ra in qd qui hnt per aliquos concept⁹ dicētes qle: s;  
 nec iste pceptus dī pceptus generis: nec illi pceptus  
 dicētes qle sunt pcept⁹ dīarum: qz iste pcept⁹ qdita  
 tiū est cōis ad finitū & ifinitū qlis cōitas nō pōt eē in  
 cōceptu generis cū talis pceptus sit necessario limi  
 tatus. Isti aut pceptus hntes dicūt modū intrinsecū

